



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri
apostatæ super actis Ratisponæ**

Eck, Johannes

Ingolstadii, 1543

VD16 E 416

Vestales catholicae quanto excellant porcas Lutheri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30106

ET SEDITIO CONTRA SUPERIORES. Fol. 28

piternum, quod non peribit, Esaiæ 56. Et hic exitius monachus vult eis dare pessimum nomen. Et ut evidentior eo rum sit impietas & aperta in spiritum sanctum blasphemia, non solum extirpare satagunt eos, qui relictis omnibus iuxta consilium euangelicum sequuntur Christum, & qui mundo renunciant & pompis eius, sed quanto pauperiores sunt, & viliori habitu innocenter viuunt, ac citra cuiusq[ue] iniuriam deo seruunt, tanto grauius eos molestant, ut sunt sancti Francisci fratres, Chartusij, sanctæ Claræ, sanctæ Catharinæ, sanctæ Brigittæ sorores. At indicem additum Lydium lapidem Bucer, quia vita vtrinq[ue] probat, ut ibi verum humiliandæ carnis & pudicitæ studium vigeat. Hic omnibus exitijs monachis & monialibus, excucullatis, apostatis, votifragis, Venereis militibus, primam fidem irritam contra apostolum facientibus, oppono virgines deo Virgines
sacratas, ancillas Iesu Christi Nurmbergæ, quæ consilium sacrae
Pauli sequentes in virginitate cogitant, quæ domini sunt, & quomodo deo placeant, omni ornatu & luxu seculi Nurmbergæ
contempto; quantum dure & aspere habeantur, ob hoc gratia
solum quod honeste viuunt, & fidem Christo semel dat dei uere
tam custodiunt. Etiam si Nigra hoc sacro contubernio in- Schvuer-
digna, manum ad aratrum positam retraxerit, accum vx- tzin.
ore Loth retrospiciens nephario concubito abbati Benedictino iuncta, titillationibus carnis maluit succumbere,
quam fortiter temptationibus & illecebris voluptatum
cum sanctis virginibus sororibus suis in C H R I S T O
resistere.

Quis autem non rideat Bucerum cum sanctulo suo Luthero, quem ob regnum Christi defendendum ait spiritu prouersus Heroico tonare, nihil mediocre adhibere, nihilque nisi Christum querere. Quam vere dixit Hierony. hæreticos omnes esse impudentes, quum supra narravimus eum habere, quod quererentur. Et quæ ipsum docere hic & scopum Super et
celiaste.

E ñ eius

RELIGIO VERA APVD ECCLESIAM

Fol. 14

eius asserit, ostendimus ex diametro pugnare cum hæresibus illius, qui hunc solum scopum habet, vt homines ab ecclesia catholica, & à Christo lōgissime abducat, & sic in patens os inferni agat præcipites. Ipsi autem in obscoenis voluptatibus dies & noctes consumitis, vnde oportet, vt vberes vobis prouentus & stipendia constituantur, vt verissime dixerit de vobis Erasmus, vir quem deus ecclesiæ suæ restituendæ produxit. Duo quærunt Lutherani, censem & uxores. Reliqua præstat illis euangelium.

Catholico
rum iudi-
cium de
Luther.

Quis Lu-
ther.

Rectum aut̄ est catholicorum iudicium de Lutherō, qd̄ hic Bucer recenset: Eum esse irreligious audacem, temerarium, petulantem, omnis admonitionis impatientem, saeuū, amarulentum, incœstuosum, salacem, & scurriliter dicacē. Quare falsum Bucij testimonium non recipiunt etiam iurati quoniam fide frago non est credendum, cum ex dictis, scriptis, ac factis Lutheri luce clarius appareat, hunc carbonarij filium non esse organum dei, sed diaboli, non membrum Christi, sed Antichristi & nonne suæ, ecclesiarum internæ ac externæ deformatorem, Antichristi præcursorē & apostolum, omnium hæreticorum hæredem & fecem. Insanit Bucer, si existimat compositis verbis velle persuadere cuiquam integriore Lutheri vitam, quam prælatorum quod & Erasmus confutauit, & in Apologia obiecimus legatum sedis apost. de Contarenis felicis memoriae, & hodie obiēcimus cardinalem Sadoletum, cardin. Theatinum, Moronum cardinalem S. crucis, cardinalem S. Marcelli, & similes. Episcopum item Veroneñ. Ioannem Matthæum, Valentimum Hildeshaimeñ. cum innumeris alijs. Vnde impie Bucer inuidiam Luderī, scurrilitatem & mordacitatem comparat cum zelo prophetarum & apostolorum. Pessime consultit libros damnatos Lutheri legendos, cum nusquam non admisceat hæreses & impietates suas: quoniam is mos est hæreticorum (ait Greg.) vt falsa veris permisceat.

Nos